



Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1541. usque ad annum 1546

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1770

VD18 90118510

§. 12. De ejusdem libro, cui titulus: Propugnuculum Ecclesiæ contra Lutheri Sectatores.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66615](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66615)

Sæcul. XVI. brorum, qui ipsi adscribuntur, Aucto-
A.C. 1543. rem, ac totius Franciæ, nec non Par-
 siensium Apostolum fuisse tenet, hæc ta-
 men opinio haud amplius Criticis pro-
 batur. Postea in eodem libro Clichto-
 veus demonstrat, quod Concilia gene-
 ralia nec falli, nec fallere possint, eorum-
 que Decretis sub poena æternæ damna-
 tionis standum sit: In secunda autem
 parte diversos Hierarchiæ Ecclesiasticae
 gradus explicat, nec non privatarum, ut
 vocant, Missarum usum, ac Missæ
 Sacrificium propugnat, cunctisque, quæ
 Lutherus objicit, respondet. Differit
 quoque ibidem de Communione non ni-
 si a jejunis recipienda, nec non de Con-
 secrationis verbis, quæ tacita voce esse
 pronuntianda tradit: Præterea ibi lo-
 quitur de horis Canonicis, Purgatorio,
 orationibus pro defunctis, ac denique de
 Universitatum utilitate. Tandem in ter-
 tia parte Votorum & vitæ monasticæ
 sanctitatem vindicat, atque data occasio-
 ne multos Lutheri errores refellit.

§. XII.

*De ejusdem libro, cui titulus: Pro-
 pugnaculum Ecclesiæ contra
 Lutheri Sectatores.*

*I*dem Scriptor in suo libro, quem inscri-
 psit: *Propugnaculum Ecclesiæ contra
 Lu-*

Lutheri Seſtatores, præcipue propugnare Sæcul. XVI,
 nitebatur veterem Missas celebrandi u- A.C. 1543.
 sum, nec non continentiam ac Sacerdo-
 tum cœlibatum, & jejunii atque absti-
 nentiæ leges. Insuper allegatis quam
 plurimis testimoniis Missarum ritus,
 quantum ad præcipuas partes, esse per-
 antiquos comprobat, simulque omnes
 cæremonias ibidem peragi solitas a ca-
 lumniis vindicat, agitque de Commu-
 nione sub dupli specie: ubi vero de
 Sacerdotum cœlibatu differit, affirmare
 haud dubitat, quod Siricius Papa pri-
 mus fuerit Auctor illius legis, quæ Pres-
 byteros ad continentiam adstringit: his
 quoque addidit, quod hæc lex ab initio
 non fuerit ab omnibus Ecclesiis recepta,
 hodie vero sacris Ordinibus continentiae
 Votum sit annexum: nec minus ibidem
 cuncta, quæ huic doctrinæ opponi pos-
 sent, argumenta dissolvit, atque impu-
 gnat elogium, quo Erasmus Matrimo-
 nii usum inepte celebrat: In ultimo au-
 tem libro idem Scriptor agit de jejunio
 & abstinentia, cuius usum innumeris fer-
 me textibus atque exemplis comprobat:
 Ceterum Clichtoveus omnes hasce
 quæſtiones non minori eruditione, quam
 argumentorum firmitate pertractat, nec
 non stylo admodum moderato utitur,
 parcus tamen artem criticam adhibuit.

Hist. Eccles. Tom. XXXVIII. M se

Sæcul. XVI. se videtur, cum illo adhuc ævo parum
A.C. 1543. cognita fuerit.

§. XIII.

Joannis Eckii fata.

Bellar. de Scriptor. Alter Scriptor Ecclesiasticus hoc anno
Ecccl. mortuus erat per celebris Joannes
Dupin. l.c. Eckius in Suevia natus anno Domini
p. 165. millesimo quadragesimo octogesimo
Bossuet. hist. variat. t. 1. sexto. Erat is Theologiæ Doctor, atque
l. 8. art. 4. que in Universitate Ingolstadiensi Pro-
p. 459. fessor, qui eximium sibi nomen compa-
rabat tam dogmaticis suis elucubratio-
nibus, quam crebris disputationibus, in
quibus Lutherum, Carolstadium, Melan-
chtonem, ac reliqua Germanorum Pro-
testantium capita devicit, primusque
fuit, qui Lutheri theses impugnavit, atque
contra eundem Lipsiæ, nec non ad-
versus Oecolampodium Badæ in arenam
descendit. Interfuit quoque anno Chri-
sti millesimo quingentesimo trigesimo
octavo Augustano Conventui, in quo
Protestantium Confessionem debellavit,
anno autem Domini millesimo quingen-
tesimo quadragesimo primo unacum
Phlugio & Groppero felicebatur, ut Ca-
tholicorum nomine in Comitiis Ratis-
bonensibus adversus hæreticos Theolo-
gos decertaret, quamvis circa unionis
articulos a suorum sociorum sententia
discreparet, imo etiam contra eosdem
ar-